

827 d. n. gl(o)r(i)os(i)mus adq. inclvt. rex Theodericus<sup>1</sup> vict. ac triūmf. semper Aug., bono r. p. natus, custos libertatis et propagator Rom. nomi., domitor g(en)tium, Decennovii viae Appiae<sup>2</sup>, id e(st)<sup>3</sup> a Tri-p(ontio) usq(ue) Tarric(inam) it(er) et loca, quae | confluentib(us) ab ultraq. parte palud(ibus) per omn(es) retro princip(es) | inundaverant, usui pub(l)ico et securitate viantium, admiranda<sup>4</sup> propitio deo felic(ita)te, restituit: operi | iniuncto naviter insudante adq. clementissimi | princip(is) feliciter deser-viente p(rae)coniis ex prosa|pie Deciorum Caec(ina) Mav(ortio) Basilio Decio v. c. et in l., ex p(raefecto) urbi, ex p(raefecto) p(raetori)o, ex cons. ord., pat(ricio)<sup>5</sup>, qui ad perpetu|andam tanti domini gloriam per plurimos | qui ante non<sup>6</sup> albeos deducta in mare aq|ua, ignotae atavis<sup>7</sup> et nimis anti-quae red|idit siccitat. P<sup>8</sup>

*In via Appia prope Tarracinam, bases duae rep. a. 4745 (X 6850/4, praeterea tertiae similis fragmentum exlat Tarracinae, quarta immotuī saec. XV et repetita est in lapide novicio, X l. c.). — 1) Theodericus altera basis. — 2) Decennovium appellabatur tractus viae Appiae milium passum decem et novem, qua per paludes Pom-pintinas tendit, stratus a Traiano (X 6853—5. 6859), cum antea, Augusti certe tem-poribus, navibus iter fecissent usi fossa quae et ipsa Decennovium appellabatur (Procop. Goth. 4, 11); cf. etiam Mommsen C. X p. 684; Nissen Ital. Landesk. I p. 526 seq. — 3) id, 4) admirandam altera basis. — 5) Conferendae sunt epistulae regis Theoderici nomine scriptae a Cassiodorio ad senatum urbis Romae (var. 2, 52) et ad Decium virum illustrem, patricium (ib. 55), ex quibus apparet, Decium promisso paludes Pomintinas exsiccare, sed ea condicione ut agri exsiccati ipsius essent. Consul ordinarius videtur Decius fuisse a. 486 (cf. de Rossi inser. chr. I p. 492). — 6) Insere fuerant. — 7) ataviis altera basis. — 8) De hoc signo explicatio-nis incertae post Bruzzam ann. inst. arch. 1877 p. 58 seq. dixit J. Friedländer Zeitschr. f. Num. 6, 1879 p. 267.*

828 reg. d. n. Theode|rico, bono Rome.

828<sup>a</sup> reg. d. n. Theode|rico, felix Roma.

*Tegulae reperiri solitae in urbe Roma (XV 1663. 1669).*

829 + d. n. Atalaricus rex + | glorio-sissimus has | sedis spectaculi, anno | regni sui tertio<sup>1</sup>, fieri | feliciter precepit.

*Ticini (V 6448 vidit Mommsen). — 1) A. 528 Sept.—529 Aug.*

830 fines | inter | Vandaloſ et | [Go]thos | . . . . .

*Lilybaei (Marsalae) (X 7232 descripsit saec. XVII Gualterus). — Theodericum Amalefridae sorori cum nuberet Trasamundo regi Wandalorum (496—525), dono dedisse καὶ τῶν Σικελίας ἀκρωτηρίων ὅντων ἐν, δὲ δὴ καλοῦσι Αιλύβαιον narrat Procopius bell. Vand. I. 8.*

### Tituli imperatorum Orientis reperti in Occidente.

831 ..<sup>1</sup> nutu divino feliciss. temporib. piissimor. dom|minor. (sic) nostror. Iustiniani et Theodorae | Augg., post abscisos ex Africa Vandaloſ | extinctamque per Solomonem, glorioſiss. | et excell. magistro militum, ex